

Venia ab
cum fonte primo

Qui captiuos redimere et pauperes
pascere uel uestire non preualet,
contra nullum hominem odium in corde
reseruet, et inimicis suis non solum
malum pro malo non reddit, sed etiam
diligat et pro eis orare non desinat;
certus de promissione
uel misericordia Domini sui, libera
consciencia ante tribunal Christi dicere
poterit: Da, Domine, quia dedi; dimitte
quia dimisi.

Cesarius in ammonitione secunda.

Et ideo, quia non habemus unde nos
excusare possimus, cui deus amplius
dederit quam illi opus est, de superfluis
redimere peccata sua festinet: ille vero
qui captivos redimere et pauperes
pascere vel vestire non praevaleret,
contra nullum hominem odium in corde
reservet, et inimicis suis non solum
malum pro malo non reddit, sed etiam
diligat, et pro eis orare non desinat:
certus de promissione
vel de misericordia domini sui, libera
conscientia ante tribunal Christi dicere
poterit: Da, domine, quia dedi: dimitte
quia dimisi;
ea tamen condicione, ut postea quam
talibus elymosinis cooperit peccata sua
redimere, quia numquam illi deerunt
minuta peccata quae cotidie redimat,
crimina capitalia non admittat propter
illud quod scriptum est: QUI BAPTIZATUR
A MORTUO, ET ITERUM CONTINGIT
MORTUUM, QUID PROFICIT LAVATIO EIUS?

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 30, 4
(CCSL 103, G. Morin ed., p.131).